tia eſſentiali ad actum & cum hoc ſubiecto diſtinguuntur ut illi longo ſermone dixe- Cõfu-
runt , preterea multi actus collatiui extremorum fiunt qui non continentur in terminis, ratio
preterea ſecunde intentiones de quibus tractat logica non poſſent cauſari & quo modo henri-
intellectus poterit reflectere ſe ſupra ſe ubi eſſet pure paſſiuus & in ueritate iſta opinio eſt ci.
perplexa multis ambiguitatibus & deſtruit omnino modum ſciẽdi henricus uero uidẽs
tot difficultates quolibet . v. tenet aliam opinionẽ ꝙ intelligibile ſimpliciter preſens intel
lectui per phantaſma illuſtratũ ab intellectu agente eſt in intellectu poſſibili ut in memo-
ria ut autem immutat ad actum intelligendi eſt in eo ut in intelligentia cuius notitia ter-
minatur ad obiectum & q̃tum ad iſta duo intellectus eſt paſſiuus inq̃tum memoria.ſ.&
in q̃tum intelligentia quia ut ſic eſt motus ab obiecto in phantaſmate preſente ad primũ
actum intelligendi & poſtea intellectus factus in actu primo ſuo acumine poteſt in uno-
quoqꝫ diſcurrere componendo & diuidendo & inquirere quid reſpectu ſimplicis intel-
lectus & propter quid reſpectu complexi & concluſionis ſcibilis & ut diſcurrit intelle-
lectus eſt actiuus nõ paſſiuus, hec henricus, ſed lꝫ henricus alibi uideatur retractare opinio
nem iſti errauit tñ in illa quia intellectus factus in actu primo aut eſt actiuus reſpectu actus
ſecundi uirtute propria aut uirtute actus primi non primum quia quando ſunt alique eiuſ
dem rationis quicquid põt eſſe cauſa perfectioris poteſt eſſe cã in pfectioris ſed intellectio-
nes ille eiuſdem obiecti quarum una eſt cõfuſa altera uero diſtincta ſunt eiuſdem rationis
quia eiuſdem obiecti in quo uirtualiter continentur:ergo ſi intellectus eſt actiuus reſpectu
actus ſecundi erit etiã actiuus reſpectu actus primi:ſi uero dicitur ꝙ uirtute actus primi cõ
tra actus in perfectior non põt eſſe ratio formalis cauſandi actum perfectiorem affectus.n.
non poteſt excedere cauſam ſuam totalem in perfectione neqꝫ formalem rationem cauſan-
di cognitio uero diſtincta eſt longe pefectior confuſa poſt hec eſt alia opinio quã tenet di-
uus Thomas in prima parte ſumme.ſ.ꝙ ſpẽs obiecti in intellectu uel obiectũ in ſe preſens Que
eſt rõ gignendi notitiam actualem in intellectu & ipſe intellectus ſe habet tanq̃ materia tho. &
le & aducitur pro hac opinione Auerroys tertio de anima .c.v. ubi dicit ꝙ intellectus ſe Egi-
habet ad formas uniuerſales ſicut materia prima ad indiuiduales & ꝙ hec eſt cauſa rece- dius.
prionis particularis & ſignate ille uero uniuerſalis & abſtracte, Egidius uero quolibet ter
tio adit unum aliud qꝫ ipſa notitia actualis genita in intellectu eſt ſpecies intelligibilis &
ſicut ratio formalis gignendi ſpeciem actualem que dicitur actualis notitia eſt ſpecies ob-
iecti in memoria uel ratio obiecti ita ſequitur ꝙ ratio gignendi actualẽ notitiã ſit uel obie
ctu uel ſpẽs obiecti & hic exponit opinionẽ ſuã ꝙ quando obiectum eſt in ſe preſens ab
eo generatur ſpecies:que eſt intellectio cum uero eſt preſens per ſpẽm uirtute illius ſpeciei Confu
in memoria gignit' alia ſpẽs que eſt intellectio:ſed opiniones iſte pariunt' plures difficul- ati o.
tates nã effectus equiuocus nõ põt excedere cauſam totalẽ in pfectione quia queraſ' de il-
lo exceſſu pfectionis uel habet cauſam uel nõ, ſi non ergo effectus ſine cauſa ſi ſic uel illam
poſitam uel aliam a poſita ſi aliã ergo illa non erat cauſa totalis ſi illa cõtra nihil agit ultra
gradum ſue perfectionis ergo, ſed arguitur contra illud quod ſpecialiter tenet Egidius
ſcilicet ꝙ tan in ſenſu q̃ in intellectu ſpẽs ſit actualis notitia quia ſi uiſio & ſpẽs ſunt idem

ubicũq; erit ſpẽs ibi erit uiſio ſed ſpẽs eſt in medio ergo & in medio erit uiſio ꝙ ſi dicãt ꝙ ſpẽs in medio & ſpẽs in organo ſunt alterius ſpeciei hoc eſt falſum nam albedo ubicunq; fuerit ſemp erit eiuſdẽ rationis in qbuſcũq; ſubiectis ſpẽ diſtinctis ſilr & de ſpẽ, ꝙ ſi dicas ꝙ in organo erit alia ſpẽs a uiſione eiuſdẽ rationis cũ ea que eſt in medio, dico ꝙ illa proprie uocatur ſpẽs & tñ non eſt uiſio & illud qd' tenet opinio in intellectu falſum eſſe oĩno

Ratio ducens egidiũ ad contradictioné.

conuincit, nã Egidius tenet nullã eſſe aliã ſpẽm adiuina eſſentia in uiſione diuina & uiſio formalr eſt ſpẽs & beatitudo ſm eũ eſt formalr uiſio, ergo beatitudo erit formalr ſpẽs ergo noſtra beatitudo formalr erit diuina eſſentia, ſti ergo ueritate coacti habeãt dicere aut ꝙ uiſio non eſt ſpẽs aut ꝙ diuina eſſentia hʒ aliã ſpẽm a ſe aut beatitudinẽ eſſentialr in alio eſſe ꝙ in uiſione aut illã formalr eſſe in diuina eſſentia hec autẽ oĩa apud egidium ſunt inconuenientia non conſona dictis ſuis. ❡ His ergo opinionibus confutatis reliquũ eſt ꝓpriam adere opinionem. Quam tenet Scotus quia abſtrahere & recipere intellecta ſpeculatiua ſunt reducta ad noſtram uoluntatem, ut dicit Auerroys .3. de anima oportet aliquam actiuitatem ponere in parte intellectiua neq; eſt cauſa totalis ut eſt ſufficientẽ improbatum habet tamen aliquam actiuitatẽ, alr ſciẽria non contineretẽ uirtualr in obiecto, intellectus ergo & obiectũ ſunt due cauſe particulares integrantes unam totalem reſpectu intellectionis, obiectum tñ pñs in ſe uel in ſpecie intelligibili & intellectus non ex equo concurrũt quia altero aucto in uirtute poſſit illo ſolo fieri intellectio ſicut duobus trahẽtibus nauiʒ ſi uirtus unius fieret fortior poſſet ſolus nauim trahere concurrunt ergo ut hñt ordinẽ eſſentialem non ꝙ altera cauſa det alteri rõnem ſue cauſalitatis ſed quia una eſt ſimplr perfectior, reliqua utraq; tñ in ſua propria cauſalitate eſt independẽs & ex his aggregatum non habet niſi unitatem ordinis, hac opinione habita reſtat ſoluere rõnes in contrariũ ad primam dico ꝙ operatio uitalis poteſt eſſe a principio non uitali tanq̃ a cauſa partiali ad ſequentem rõnẽ dico ꝙ nõ cõcludit niſi intellectũ concurrere partialr actiue lʒ alique forme imperfectiores poſſint eſſe cauſe totales illud eſt enim quia earũ actiões ſunt limitate & ita poſſe ad illas limitatã includit pfectionẽ, ſed intellectus ad totũ ens ordinatẽ, ideo nõ debet poni cã totalis reſpectu cuiuſcũq; entis quia in illo poneretẽ uirtus illimitata ad aliã rõnẽ dico ꝙ intellectio eſt immanẽs quia nõ eſt trãſiẽs nedũ extra ſuppoſitũ ſʒ neq; extra ptẽ intellectiuã, que eſt partialis cã actiua eius ad rõnẽ uero ſequẽtis opinionis dico ꝙ iſta eſt propoſitio falſa nihil idem agit in ſe niſi in agẽte uniuoco & qñ probatur per hoc quia idẽ eſſet in actu & in potentia dico ꝙ accipiendo uniformiter ex parte potentie conſequentia non tenet quia agens equiuocum eſt tale in actu uirtuali quale patiens in potentia formali & hoc nõ eſt inconueniẽs ꝙ idẽ ſit in actu uirtuali & in potẽtia formali, ſʒ inconueniẽs idẽ eſſe in actu formali & in potẽtia formali qd' ſequeretẽ ſi illud antecedẽs concederetẽ de agẽte uniuoco quia agit p formã eiuſdẽ rõnis & notandũ unũ in quo decepti ſunt plures philoſophi ꝙ actus uirtualis & potẽtia formalis nõ repugnãt ex ꝓpriis rõnibus ipſorũ in aliquo uero repugnãt ꝓpter aliqd' qd' cõcomitatẽ actũ illũ ſicut ſol non põt formalr calefieri q̃a eſt corpus celeſte qd' pegrinas nõ recipit impſſiones & iſti reputarũt illud eſſe ex rõne formali terminorum quia uirtualr calidus & ſaturnus fortaſſe poſſet calefieri ſi ſic eẽt ut iſti dicũt cũ ultra iſti dicũt ꝙ efficiẽs & materia nõ coincidũt dico ꝙ uera eſt opinio de materia pura de qua erat ſermo Ariſ. & pħorũ ſʒ nõ de materia ſm qd nã ſubm hʒ aliquã actiuitate repectu paſſionis alr ꝓpoſitio in qua paſſio ꝑdicaretẽ de ſubo nõ eſſet p ſe quia eẽt in potẽtia pure paſſiua & inter extrema nõ eẽt habitudo neceſſaria, qd' uero addit de relatiõibus realibus minĩe cõcludit ideo dico ſʒ Scotũ ꝙ q̃dã relatiões oppoſite ſunt incõpoſſibiles & in eadẽ natura & in eodẽ ſuppoſito aliq in eodẽ ſuppoſito ſʒ nõ eadẽ natura aliq neq; in eadẽ natura neq; in eadẽ ſuppoſito unde ex relatiõe reali in cõi non põt concludi earũ repugnãtia i eodẽ & uide Scotũ i prio. l. i relatione, ergo motiui & mobilis nulla ẽ repugnãtia, q̃a iſte relatiões nõ ponũt ordinẽ eſſentialẽ ſicut relatiões cãe & cauſati iõ nõ ſequitẽ ſic ſicut ibi ꝙ illud eſſet añ q̃ eſſet ad auctoritatẽ Auerroys inductã ꝓ opinione Th. dico ꝙ ualet illa ſimilitudo/quia intellecto uniuerſalis recipitur in intellectu ſicut forma particu

Digitized by Google

laris in materia & hoc oſtendunt uerba eius cũ dicit ꝙ intellectus eſt cauſa receptionis uniuerſalis materia uero particularis & indiuidualis:ſed moderni dubitãt contra nunc dicta quia actiuo & paſſiiuo debite approximatis neceſſario prouenit actio, Anima uero ſemper eſt ſibi preſens:ergo ſemper ſe actu intelligit. Quia utraqꝫ eſt ibi cauſa. Preterea Alphõſus Tholetanus in primo.ſ.d.3.q̃one.ii.rñdet ad rationẽ quam fecimus,s.ꝙ ſi aĩa eſſet cauſa totalis eſſ illimitata & infinita & reducit rationẽ in contrariũ ſi anima eſſet cauſa actiua partialis illa eſſet infinite uirtutis quia ut/eſt/cauſa partialis unius intellectionis habet aliquẽ gradum perfectionis ergo ſi erit cauſa infinitarũ intellectionũ erit infinite uirtutis reſpondet,ergo ad rationem ꝙ uirtus ſimul potẽs habere infinitos effectus & pro ſimul illa eſt infinita. Intellectus põt habere infinitos effectus ſimul, ſed non ꝑ ſimul non eſt infinite perfectionis ſed rõnes iſte ſunt in ſufficientes pria quidẽ,nam lꝫ aĩa ſemper ſibi ſit proxima proximitate entitatiua non tamen eſt ſemper ſibi proxima proximitate obiectli/ſed illud eſt poſt intelligere aliorum uel poſt intellectum adeptũ uel in alio ſtatu fortaſſe pro quo uide Scotum in primo.ſ.d.3.q.3.ad rationẽ Alphonſi dico ꝙ poſſe partialiter actiue cauſare infinitos effectus non dicit infinitam perfectionem ſed bene ubi fuerit cauſa totalis quia ex quo eſſet totalis & ageret naturaliter in obiectum debite approximatũ ꝑ ſimul poſſet habere infinitos effectus ſm quod ipſi dicunt:ex his que dicta ſunt facile põt colligi ꝙ intellectus principalius concurrat ꝙ ſi obiecta fuerint ſenſibilia nullã habet ambiguitatẽ Sed ſi fuerit obiectũ ſeparatum ut intelligencia ſuperior que poſſet intelligi ab inferiori patitur difficultate, & Tunc etiã intellectus principalius cõcurrit principalitas enim cauſandi non accipitur/a/perfectiori ratione cauſandi ſed rõne maioris illimitatiõis illimitatior uero eſt intellectus quocunqꝫ obiecto & hac uia inceſſit Scotus in difficultate iſta & eſt alia uia ab ea que nunc dicta eſt. Quia obiectũ pñs neceſſario agit intellectus uero põt a uoluntate conuerti ad aliud obiectũ & auertere ab illo ut diſputabimus, ſed uia iſta potius arguit pfectionẽ uolũtatis q̃ intellectus licet intellectus & uolũtas ſint in eadẽ animi eſſentia nec te cõturbet ꝙ ſcientia magis aſſimilatur obiecto quia aſſimilatio illa eſt uniuoca illa uero qua aſſimilatur intellectui eſt equiuoca & illa eſt que principalitatem arguit in agente ut patet de deo & de agente naturali ut in primo,ſ.d.3.q.viii.notat Scotus de duplici aſſimilatione.

Dubia modernorum

Que alphõſus tholetanus in pria .ſ.

Solutiones.

Queſtio Quinta.

Vtrum actus Intelligendi ſit eſſentialiter abſolutus uel eſſentialiter reſpectiuus.

QVeſtio hec ad precedentem ſequitur & plurimas habet difficultates & tria ſunt hic uidenda primo utrum in intellectione ſit aliqua antitas abſoluta ſecũdo ſi dicat relationẽ ad obiectũ. Tertio uidẽdũ eſt ſi illa relatio eſt eſſentialis opationi uel quo modo ſe habet ad illã q̃rũ ap primũ ꝓbaẽ ꝙ in intellectione ſit aliqua entitas abſoluta primo ſic ultima perfectio uiue ſubſtãtie nõ eſt relatio ſola ſed operatio eſt ultima perfectio uiue ſubſtantie,ergo non eſt ſola relatio maior probatur quia ſumma perfectio ſumme appetiẽ appetitu naturali ſꝫ relatio nõ ſumme appetiẽ, ergo minor eſt Ariſto.prio &.x.ethi.ubi uult ꝙ felicitas eſt optima opatio uel in opatione cõſiſtẽs,ꝑterea nulla relatio proprie dicta põt eſſe noua ſine nouitate cuiuſcũqꝫ prioris abſoluti in termino.ſ.uel fundamẽto,ſꝫ opatio põt eſſe noua ſine nouitate cuiuſcũqꝫ prioris abſoluti in operãte & in termino opationis,ergo opatio nõ eſt preciſe relatio maior patet quia Ariſ.s.,&.vii.phiſicorum negat motum ad relationẽ ꝓprie dicta quia relatio ꝓprie dicta neceſſario ſequiẽ extrema ſimul poſita,ideo ad relationẽ nõ põt eſſe motus ꝑ ſe minor,ꝓꝫ quia cum intellectus habet ſpeciem intelligibilem eſt in potentia propinqua ad operandum ut patet in primo.ſ.d.3.q.vi.& quando exit ad operationem nullam recipit nouitatem intellectus ſimiliter intelligibile dum intelligitur, ſecundo principaliter arguitur

Digitized by Google

ꝙ in operatione eſt aliqua relatio realis ad obiectũ cognitũ & ſic ultima perfectio nature
operatiue non poteſt eſſe ſine relatione reali ad obiectum perfectiſſimũ circa qđ ipſa nata eſt
operari operatio autẽ eſt ſũma perfectio talis nature ergo maior rõnis probatur quia ſi ſum
ma perfectio uiue nature diceretur aliquid ut eſt adſe ipſa rei ſubſtãtia eſſet ſũma pfectio qa
ſubſtãtia eſt pfectior quocunq; accidente ſm Ari. vii. met. c. iiii. ſed quia ſũma perfectio cõ
ceditur ꝙ ſit accidens hoc eſſe non poteſt, niſi ut coniūgit fini extrinſeco & obiecto qđ p
ipſum attingitur beatitudo ergo dicitur ſũma pfectio ppter relationẽ ipſius ad obiectũ pfe
ctiſſimũ Preterea beatus habet quicquid bene uult ergo beatitudo eſt uolitio cuiuſcũq; bñ
uoliti conſequentia tenet quia qñ cõcretũ perſe dicitur de cõcreto & nõ rõne ſubiecte ab-
ſtractum quoq; de abſtracto dr̃: preterea in cuius ſubſtãtia eſt relatio illud nõ eſt purũ abſo-
lutũ ſed in tertio modo relatiuorũ in ſubſtãtia unius extremi. ſ. mẽſurati eſt relatio opera-
tio autẽ refertur ad obiectũ illo tertio modo relatiuorũ ut patet per Ari. v. meth. & primo
de anima. c. i. maior eſt perſe nota minor eſt Auero ys. v. meth. c. xx. pro declaratiõe tñ ueri
tatis eſt animaduertẽdũ ꝙ duplex poteſt eſſe cognito una que eſt obiecti exiſtẽtis ut exiſtẽs
eſt que intuitiua uocatur alia uero eſt eius nõ ut actualiter exiſtens que abſtractiua dicitur
ſed contra dicuntiſti intellectus in cognoſcendo abſtrahit ab hic & nũc & ſic ab oĩ cõdi-
tione ut exiſtẽs eſt ergo & ſimiliter intellectus eſt uniuerſalis ſenſus uero ſingularis exiſtẽs
uero ſingulare: dico ꝙ iſta diſtinctio que ponitur inter intellectũ & ſenſum ex parte obie-
cte non eſt diſtinctio que inter diſpuoratas cadit potẽtias ſicut diſtinctio que ponitur inter
uiſum & auditũ: ſed eſt diſtinctio inter potentiã cognitiuã ſuperiorẽ & inferiorẽ ſub or-
dinatã ſicut inter ſenſum cõmunẽ & ſenſum particularẽ ita intellectus põt cognoſcere ob
iectũ ſub rõne uniuerſali & ſub rõne quiditatiua ſed non eſt ita limitatus ad illũ modum
cognoſcendi ſicut ſenſus ad iſtũ quia eſt uirtus inferior: in primo ergo actu intelligendi ne
ceſſe eſt ponere relatione actualẽ neceſſario conſequentẽ extremorũ naturã talis autẽ actua-
lis relatio ad obiectũ eſt duplex una. ſ. menſurabilis ad menſurã alia uero uniẽtis formali-
ter in rõne medii ad terminũ ad quẽ unit & eſt relatio attingentie uel in alterũ ut in ter-
minũ tendentie iſta autẽ duplex relatio ꝙ ſint altera earũ ſeparatio manifeſtat nã erga ſecũ-
das intentiones eſt relatio attingentie & tñ non eſt relatio menſurabilis imo potẽs intelle
ctus eſt menſura notandũ tñ ꝙ mẽſurare dicit reſpectũ rõnis ad intellectũ cui fit certitudo
ad menſurã uero per quã fit certitudo dicit relationẽ realẽ quantũ eſt ex parte dependẽtie
cauſati ad cauſam que dependentia eſt rõne extremorũ ita ꝙ illa ſi capiantur ſm entitates
abſolutas erit uere relatio realis inter illa ita ꝙ relatio notitie ut cauſare ad obiectũ cauſans
eſt relatio abſolute realis quia eſt inter extrema realia realiter diſtincta comparando ergo
notitiã ut cauſatã ad obiectũ ut cauſans eſt relatio realis ſimiliter comparando ut habet rõ
nem menſurabilis quia uere imitatur perfectionẽ obiecti ex parte tñ obiecti ut eſt efficiens
eſt relatio realis & ſic erit relatio realis mutua ut uero obiectũ comparatur ut quãtitas uir-
tualis a tali notitia participata quã ipſa notitia nata eſt imitari tunc ex parte notitie erit re
latio realis ex parte uero obiecti non erit relatio realis: habitudo uero notitie ut actu men
ſuratur ad obiectũ per quod quantitas eius certificatur eſt inter extrema ut habẽt eſſe cogni
tũ ideo non eſt ſimpliciter realis neq; eſt ita rõnis ſicut uniuerſalis ad ſingulare quia illa eſt
habitudo obiecti cogniti ad obiectum cognitũ ſecunda uero eſt ſecunda intentio que uel
eſt preciſe comparatio uel aliquid derelictũ per illam comparationẽ relatio ergo cauſe ad
ad cauſatũ eſt realis mutua menſurabilis uero ad menſurã eſt in tertio modo relatiuorũ &
eſt realis non mutua ſi uero eſt aliquid participans illud a quo effectiue dependet ut pen-
det erit relatio realis mutua ut uero participans erit relatio realis nõ mutua: notandum ꝙ
multa ſunt menſurabilia que ab illo non depẽdent effectiue ut animalia reſpectum homi
nis quod eſt perfectiſſimũ animaliũ & tñ non dependent ab homine effectiue in illa ergo
notitia utraq; relatio realis eſt inuenta quarũ una eſt mutua altera uero non mutua noti-
tia uero participat ipſum obiectũ ſicut ſimilitudo eius non per cõmunicationem euſdẽ
forme ut nigri ad nigrũ ſed ſicut eſt ideati ad edeã non tñ quelibet participatio perfectiõis

Digitized by Google

ab alio dependentiá dicit menſurabilis ad menſuram quia cauſatum uniuocum participat
pfectionem ſue cauſe, tñ non eſt menſurabile ab illa/actus uero intelligendi eſt imago ſui
obiecti per imitationem ſicut poſterius imitatur ſuum prius, & ideo dicit méſurabilis ab
illo & includere relationem ad obiectum actus uero multipliciter pōt participare perfe-
ctioné obiecti aliquádo enim obiectum eſt perfectius & ſic hñt relationé realé que eſt preci
ſe in tertio modo aliqñ uero participat pfectioné obiecti equiuoci & qtū ad depēdétiam
cauſati ad cauſam eſt relatio ſecūdi modi actus tñ proprie dicit méſurabilis quia ideo ob-
iecti ſicut.n.pfectio idee p ideatū cognoſcit ita perfectio actus per obiectū cognoſcit, neq
omne obiectū/ eſt ſemper perfectius ut patet de ſecūdis intétionibus ſed forte aliqñ actus
ex natura rei eſt perfectior obiecto proprio tñ ut eſt ſimilitudo obiecti ſm imitationem eſt
imperfectior & ut ſic dicitur menſurabilis ſicut ideatū realiter eſt perfectius idea tamen ho
mo ut imitatur ideá erit ſemper impefectior: reſtat nunc loqui de actu abſtratiuo intelle-
ctus & de iſto dico primo ꝙ habet relationem potentialem.i. menſurabilis ad menſuram
ad obiectum etiam non exiſtens hoc probatur quia illud quod habet relationem realem
ad obiectum exiſtens uniformiter quantum eſt ex parte ſua habet relationem realem apti-
tudinalem quia ſi ſit in actu: erit actualis realis quia ſicut quando effectus eſt cauſa dicit re
lationem realem actualem ita quando effectus non eſt cauſa eſt apta nata referri realiter &
ſic dicitur habere relationem realem aptitudinalem quia ubi erit in actu erit relatio realis
actualis, ſed abſtractiue notitia eſt aliquid aptum natum dependere in entitate ab obie-
ctum ea dependentia que eſt illius quod eſt ſimilitudo per imitationem uel participa
tionem ad illud cuius eſt ſimilitudo & quantum eſt ex parte fundamenti actu depende-
ret ſi terminus eſſet in actu: & hic eſt aduertendum unum ꝙ quando ſupra diximus ꝙ re-
latio menſurabilis ad menſuram que eſt intuitiue notitie eſt relatio realis actualis / quia
actualis dependentia ſecundum imitationis ſimilitudinem, non debet ſic intelligi ut pri
mo intuitu uerba ſe nobis offerunt non enim illa relatio ſic eſt actualis ut ſit menſurati ad
menſuram illa enim non eſſet in tertio modo relatiuorum, ſed eſt relatio actualis realis
menſurabilis, ſcilicet ad obiectum exiſtens tanq̃ ad id quo. actus eſt menſurabilis illa
uero relatio que eſt abſtractiue notitie nō eſt realis actualis quia nō eſt neceſſe obiectū eſſe
actu exiſtens & ſi eſſet actu illa relatio ſcilicet menſurabilis eſſet actualis, ita ꝙ illa actua
litas & aptitudinalitas relationis cadunt ſuper tertium modum relatiuorum. Secundo
ſciendū qđ abſtractiue noticie non conuenit relatio realis aptitudinalis in terminū ten-
dentie quia ubi obiectum eſſet exiſtens abſtractiua notitia ad illud non terminatur quo
niam non eſſet abſtractiua: quia ergo relatio actualis unionis non poſſit eſſe realis, potui-
mus enim relationem menſurabilis realem quia ubi obiectum actu eſſet/ eſſet relatio rea-
lis actualis quod hic eſſe non poteſt: ſed ſcire oportet ꝙ relatio rationis multipliciter ſu-
mitur a ſcoto/ eſt & illa que cauſatur per merum actum intellectus etiam omnis compa-
ratio uel aliquid ea derelictum ſiue fiat intellectu ſiue uoluntate: ſimiliter quando in ali-
quo ente reali fundatur aliqua relatio ad ens rationis, licet enim ex parte fundamenti poſ
ſit dici realis dicitur tamen eſſe rationis ex parte termini his habitis in abſtractiua duplex
relatio rationis eſt inuenta prima ꝙ obiectum habeat tantum eſſe in intellectu uel ſicut co
gnitum in cognoſcente uel ſicut repreſentatum in ſuo repreſentatiuo et quando preci-
ſe habet eſſe in ſpecie intelligibili tunc ad ipſum eſt relatio rationis quia relatio non po
teſt habere uerius eſſe ſuo termino obiectum uero abſtractiue notitie non poteſt habere eſſe
niſi in intellectu aliquo iſtorum trium modorum: ſecunda uero relatio rationis eſt quan-
do actus intelligendi abſtractiue intelligitur ab intellectu reflexi quando intellectus
actum eius, comparat ad obiectum ipſa notitia ſic per intellectum comparata / habet rela-
nem rationis iſte uero relationes deferunt quia ſecunda poteſt eſſe cognitionis etiam nō
exiſtentis ſi illa fuerit intellecta & per intellectum comparata prima uero relatio neceſſario
requirit illum actum exiſtere, hinc patet ꝙ prima relatio rationis neceſſario concomita-
tur actum quia neceſſario per actum cognitum eſt obiectum & ſic neceſſario eſt relatio ad

Digitized by Google

obiectumut cognitum , ſecunda uero relatio non eſt neceſſaria nam ſicut actus rectus po-
teſt eſſe ſine reflexo ita prima relatio poteſt eſſe ſine ſecunda que fit per actum reflexum in
tellectus comparantis actum ad obiectum ſed contra dicta preſertim de intuitiua noti-
tia ꝙ neceſſario includit relationem actualem attingentie ſolet a multis dubitari, primo
quia ſequeretur ꝙ intuitiua dei notitia qua intuitur lapidem neceſſario includeret rela-
tionem realem attingentie ad ipſum lapidem conſequens uero eſt impoſſibile ut habet
in primo.ſ.d.xxx.ubi patet deū nō poſſe realiter referri ad creaturam ergo & antecedens
ex quo ſequitur eſt impoſſibile, dubitatur etiam quia omne actu exiſtens poteſt intuitiue
cognoſci/ & per conſequens poteſt eſſe terminus intuitiue notitie: ſed omnis relatio actua
lis realiter diſtincta/ a/ fundamento & termino eſt uerum ens reale & habet propriā exi-
ſtentiam, ut patet in ſecundo.ſ.d.p.q.v. ubi probat relationem habere uerum eſſe preter
operationem intellectus ut tenet Auerroys duodecim Metha.com̄.xix. ꝙ relatio non eſt
de ſecundo intellectus ergo relatio actualis poteſt eſſe terminus intuitiue notitie ergo ta
lis neceſſario includit relationem realem ad terminum & ſic relatio realis haberet pro ter-
mino immediato relationem realem quod confutauit Scotus in primo.ſ.d.xxx. ad pri-
mam dubitationem dicunt aliqui ꝙ deus non intuitur lapidem ut actu exiſtentem, ſed
hoc quod iſti dicunt eſt confutatum/a/ Scoto in primo.ſ.d.xxxvii. ubi patet ꝙ deus co
gnoſcit omnem Creaturam ſecundum omnem conditionem exiſtentie, Aliqui uero di-
cunt ꝙ intellectus diuinus mouetur/a/ ſola diuina eſſentia: ſed licet hoc ſit uerum & de
mente Scoti in primo ſententiarum diſtin.xxxix.& in ſecundo .d.3.& quollibet queſtio
ne.v.&.xiiii.tamen difficultatem non ſoluit/ quia loquimur de relatione attingentie &
non de relatione dependentie quam preſupponit relatio attingentie, dicendum ergo ꝙ
deus intuitur lapidem in ſe exiſtentem, & tamen non dicit relationem realem ad effectum
& deus eſt cauſa nullam tamen relationem includit ad creaturam ut habetur in primo.ſ.
diſtinctiōe.xxx.dico ſecundo & fortaſſe melius ꝙ cum illa notitia fuerit ab eterno non ter
minatur ad lapidem in ſe exiſtentem ſed terminatur ad diuinam eſſentiam in qua uirtua
liter continentur omnes forme ut dicit Auerroys duodecim Meth.comē.xviii. ꝙ omnes
forme ſunt actu in primo motore Potentia uero in materia prima, terminatur ergo ad eſ-
ſentiam uel ad lapidam ut preciſe relucentem in eſſentia tanꝗ in obiectum ſecundarium
quod productū in eſſe intelligibili potius terminatur ad abſolutam dei intellectionem
ꝗ econtra ut dicit Scotus in primo.ſ.d.xxxv.q.unica & ſic nullam dicit relationem rea-
lem ad extra ad aliam dubitationem concedo ꝙ illa relatio poteſt intuitiue conoſci & ꝙ
illa notitia habet relationem realem ad illam cognitam relationem & conceditur ꝙ rela-
tio non habet abſolutum pro termino neqꝫ Scotus dixit oppoſitum nam ſecundum eum
poteſt una relatio fundari in una & ad aliam terminari ſicut proportionalitas relationes
habet pro fundamento & termino, ſed quia omne relatiuum : dicit aliquid excepta
relatione / ideo ſemper relatio realis immediate habet aliquod abſolutum / tam ex par-
te fundamenti ꝗ ex parte termini ponere ergo relationem immediate terminari ad relatio
nem nullum apparet inconueniens : ſed dubitatur etiam in eo quod dictum eſt ꝙ actus
intelligendi dependet ab obiecto in ratione menſurabilis a menſura/ quia menſurabile ab
alio ſecundum ſimilitudinem imitationis eſt ſimpliciter imperfectius ipſa menſura, ali-
ter non eſſet ſimilitudo ſecundum imitationem : ſed actus intelligendi dicitur preciſe
menſurabilis ab obiecto cui eſt per imitationem ſimilis, ergo actus intelligendi relationē
realem erit ab illa relatione menſurabilis & ſic perfectius mēſurabitur ab imperfectiori ſim
pliciter, Preterea dubitabitur quandocunqꝫ ſunt duo actus eiuſdem ſpeciei unus nō eſt eſ-
ſentialiter perfectior altero preſuppono etiam ꝙ actus reflexus eſt eiuſdem rationis cū actu
reflexo, tunc arguitur data poſitione ſequeretur ꝙ actus unus reflexus eſſet uere menſurabi-
lis ab alio actu reflexo: hoc eſt inconueniens, quia unus eſſet eſſentialiter poſterior & im-
perfectior reliquo conſequentia probatur: nam primus actus reflexus poteſt eſſe obiectum
alterius actus reflexi quia eſt qualitas abſoluta & eſt per ſe intelligibile, Preterea ſequere-

Digitized by Google

tur ꝙ intuitiua notitia eſſet menſurabilis ab abſtractiua notitia conſequens eſt falſum quia
abſtractiua notitia eſt imperfectior ut patet in quarto.ſ.d.iiii.ix.& quol.ix.xiii.conſequen
tia probatur quia ſi intellectus intelligat lapidē intellectione abſtractiua & intelligat actu
reflexo illam notitiam ut exiſtentem ſic ꝙ actus intelligendi terminaretur ad abſtractiuā
notitiam ut exiſtentem. Tunc intuitiua notitia habebit rationem menſurabilis ab abſtra-
ctiua notitia, pro ſolutione iſtorum dubiorum eſt notandum ꝙ aliqua eſt menſura perfe-
ctionalis quiditatiua & illa eſt ſimpliciter alterius rationis a menſurato & quiditatiua di
citur quia quiditas abſolute menſurabilis eſt ab illa ita ꝙ ille ſub ratione menſurabilis per
fectio quiditatiua reſpondet & hoc modo perfectio quiditatiua Leonis per hominis per-
fectionem menſuratur forme enim ſunt ſicut numero. viii, Methaphiſico com.x. aliqua ue
ro eſt menſura perfectionalis, ſed non quiditatiua ſed forte intenſionis eſt appellanda quia
illa menſuratur aliquid eiuſdem ſpeciei ſicut nitenſiſſima nigredo eſt perfectionalis men-
ſura nigredinum quantum ad intentionem illarum tamen non eſt quiditatiua menſura:
alia uero menſura eſt que neq; quiditatiue menſurat neq; ſecundum gradus intenſionales:
dicitur menſura ſecundum ſimilitudinem imitationis, ita ut preciſe menſurari dicatur id
quia per quandam ſimilitudinem imitatur ſic intellectio menſurabilis eſt ab obiecto quia
ſimilitudo eius per imitationem & non ſemper, Talis menſura ſm̄ entitatē nō ſemp per-
fectior eſt menſurabili tamen ſemper perfectior eſt pro quanto notitia eſt eius ſimilitudo
& eo modo quo dicitur perfectior dicitur menſura neq; obiectum menſura dicitur quia
cauſat actum, ſed ubi tantum terminat reputo illud eſſe menſuram quia ex natura ſua il-
la notitia eſt eſſentialiter poſterior & ſimilitudo illius per imitationem & illi preſuppo-
nitur obiectum ut imitabile & ſic ad primam dubitationem dico ꝙ notitia relationis ab-
ſolute eſt perfectior relatione tamen ſecundum quid dicitur imperfectior ſecundum ſimi
litudinem: ſcilicet imitationis & ut ſic dicitur menſurabile ab illa ad aliud dubium for-
te dicendum ꝙ actus reflexus licet abſolute non ſit perfectior reliquo: ſed eiuſdem ratiōis
tamen ut imitabilis & ut habet rationem obiecti poteſt eſſe perfectior reliquo qui eſt ſimi-
lis ille per imitationem, ad tertium dico ꝙ actus abſtractiuus ut habet rationem obiecti
imitabilis poteſt eſſe mēſura actus intuitiui ut menſurabilis ab abſtractiua pro ut eſt ſimili
tudo notitie abſtractiue ut habet rationem inuitabilis, ulterius dubitatur contra id quod
dictum eſt abſtractiua notitia dicit realem relationem aptitudinalem ad non exiſtētis ob-
iectum quia quando exiſteret ratio menſurabilis eſſet realis actualis arguitur contra ab eo
eſt notitia menſurabilis cuius eſt ſimilitudo per imitationem, ſed obiecti exiſtētis non eſt
aliquo modo ſimilitudo ergo & maior patet minor ſimiliter nam abſtractiua notitia ter-
minatur, ad quiditatem abſolute acceptam & ut eſt obiectum abſtractiue notitie accidit ei
exiſtere uel non exiſtere, dico ꝙ licet abſtractiua notitia ſit obiecti ſimilitudo ſecundum
eſſe quiditatiuum & obiectum ſecundum eſſe quiditatiuum ſit menſura eius nunq̄ tamen
actualiter refertur niſi quiditas: illa habeat uerum eſſe reale actuale quod ſine exiſtentia
haberi non pōt ita ꝙ ſine eſſe exiſtētie non erit realis actualis mēſura notitie hunc ſolui po
teſt rō quorūdā ſic arguētiū contra Scotū ſicut ſi habet obiectū ad obiectū, ita ſciētia ad ſciē
tiā imperfectiōe: ſed obiectū libri Meth. eſt imperfectius ſubiecto libri de Anima. Ergo ſciē
tia Meth. eſt impfectior ſcīa de Anima minor probaẗ: quod pōt ſtare cū imperfectiſſimo eſt
imperfectius eo quod nō pōt ſtare cum tā modica perfectione, ſed ens pōt ſtara cū aliqua tā
parua perfectione cum qua non poteſt ſtare Anima uel corpus animatum ergo. Preterea
quod eſt formaliter tale eſt perfectiori modo tale eo quod eſt permiſſiue tale, ſed ens eſt per
miſſiue perfectum ſubiectum animaſticum, uero eſt formaliter tale, ſed ad hoc argumen-
tū primo rn̄deẗ ꝙ illa ſimilitudo eſt diminuta & opȝ addere q; ſicut ſi hȝ obiectū ad equa
tū uel pars principaliſſima eius ſic ſe hȝ ſcīa ad ſcīaȝ pars uero pricipaliſſima ſubi Meth. eſt
genus entiū abſtractorū ut dicit ſeſſa de mēte Auerro ys: & iſta rn̄ſio eſt de mēte Scoti in p-
logo.p.ſ.q.iiii.ſoluēdo argumēta ſecūde.q.rn̄dēdo ad ſecūdā, pōt etiā dici ꝙ uera eſt il-
la ſimilitudo quando ab illo obiecto communi ſumitur ratio formalis conſiderādi mo-

do ratio formalis conſiderandi in iſta ſcientia nō ſumitur ab ente, ſed a genere antiū abſtra
ctorum a quo ſumitur eſſe abſtractum quod eſt ratio formalis in Methaphiſica, nā ubi non
eſſent ſubſtantie ſeparate: neq; eſſet abſtractū p eſſentiam neq; per indifferentiā poſſumus etiā
dicere quia in Meth. fiunt demonſtrationes magis uniuerſales: demonſtratio uero uniuer
ſalis eſt perfectiſſima quia magis remota a cauſis dubitationis, ideo hec ſciētia eſt perfectiſſi
ma: poſſumus uero aliter dicere conſequenter ad ea que dicta ſunt in queſtione ꝙ ois actus
reſpectu obiecti habet rationem menſurabilis ad obiectum tanꝗ imitabile que relatio eſt
in tertio modo relatiuorum cum hoc tamen aliquis actus abſolute, & quo ad entitatem
eſt perfectior obiecto ſicut actus intuitiuus qui ad abſtractiuam notitiam terminatur quia
tamen eſt ſimilis illi ſimilitudine imitationis quia quilibet actus imitatur obiectum erit ſe
cundum quod imperfectior & ut ſic menſurabilis & ſic ſcientia iſta, licet ut idea talis idea
te ſit imperfectior ſcientia de Anima ut idea ſui proprii ideati, quia tamē in illa multe pro
prietates conſiderantur de ſubiectis ſeperatis & demonſtrationes eius ſunt certiſſime hec
ſcientia abſolute eſt perfectior & obiecto ſuo proprio & ſcientia de Anima & obiecto il
lius ſcientie, poteſt ultimo dici ꝙ perfectione extrinſeca que habetur ab obiecto communi
eſt imperfectior longe tamen perfectior perfectione intrinſeca. Reſtat nūc de principali que
ſito dicere & quia abſolutum & reſpectiuum non faciunt unum per ſe: uel ergo intelle
ctio in qua poſuimus entitatem abſolutam, relationem eſſentialiter non includit uel non
erit per ſe unum neceſſe eſt, ergo dicere ꝙ per ſe relationem non includat, eſt ergo eſſentia
liter abſolutū & in genere qualitatis, quia in genere ſubſtantie poni non poteſt neq; actio
nis uel paſſionis de quibus magis uidetur quod nobis notum fiet ſi ipſarum rationes cōſi
derabimus quia tam actio quam paſſio ſunt ad aliquem terminum accipientem eſſe quia
ſecundum terminum formalem paſſum aliter ſe habet: nunc ꝗ prius potentia enim actiua
eſt principium trāſumtandi aliud ut patet. ſ. Metha. com. xvii. paſſio uero eſt ab altero trāſ
mutatio operatio uero nec eſt inductiua termini in paſſum neq; eductiua de potētia paſſi
neq; producit terminum ad quem actio uero formaliter accepta & paſſio preſupponūt ali
quem terminum de nouo accipientem eſſe licet non per illam actionem actio enim poteſt
intelligi formaliter & fundamētaliter, fundamētaliter eſt illa actiua potētia qua agēs fun
damentaliter agit formaliter eſt actio reſpectus quo agens formaliter tranſmutat ſicut albū
formaliter eſt ſimilitudini ſimili fundamentaliter uero albedine actio, ergo fundamenta
liter precedit terminum in paſſo productum, ſed non per ipſam tranſmutationem relatio
nem, ſed per principium tranſmutatiuum fundamentaliter, nam terminus eſt abſolutum,
ſed abſolutum non pōt habere eſſe per reſpectiuum: ſed ad abſolutū in cauſa ſequitur abſo
lutum in effectu & tranſmutatio reſpectus, tam actio ꝗ paſſio ſequuntur actio, ergo termi
natur ad paſſum loquendo de actione reſpectu pro quanto paſſum nouum terminū reci
pit abſolutum ab abſoluto agentis & pro quanto recipit ab agente paſſio dicitur ad agens
non ꝙ actio reſpectus ſit quo agens agit niſi formaliter, nam relatio producentis ſequitur
terminū productū & actus intelligendi non preſupponit in paſſo aliquē terminū produ
ctū ſm quē intellectus poſſibilis aliter ſe hꝫ nūc ꝗ prius niſi intellectū in quo recipitur &
obiectū ad quod terminatur: preterea agens nunꝗ perficitur actione de genere actionis: ſed
propter cōpletam ſuam perfectionem agit eam alteri communicando: ſed operās operatio
ne ſimplr pficit, ita ꝙ opatio eſt ſimpliciter perfectio operātis, ſed cōtra hoc eſt dubitatio:
quia Ariſto. nono Metha. com. xvi. intendit diſtinguere inter actionem tranſeuntem &
immanentem & dicit actionem in manentem ſicut ſpeculatio in ſpeculante: ergo opera
tio eſt actio: & tertio de Anima dicit intelligere eſt quodam pati & ſeptimo phiſico
rum ꝙ ſciens & cognoſcens ad aliquid dicuntur. Preterea operationes ſpecifice diſtin
guntur per obiecta ſpecie diſtincta abſolutum uero per intrinſecam differentiam diſtin
guitur. Preterea operatio perfectionem & nobilitatem habet ab obiecto, ergo eſt ad
aliquid operatio pro ſolutione harum difficultatum eſt notandum ꝙ actio diſtingui
tur diſtinctione que eſt uocis in ſua ſignificantia & illa eſt quam poſuit Ariſto. Nam

Nota de actione tranſeunte & imanente.

Digitized by Google

actio tranſiens eſt actio de genere actionis immanens uero eſt qualitas & dicitur equi-
uoce actio propter aliquas in ipſa conditiones inuentas, nam operatio eſt in continua
dependentia ad eandem cauſam licet non ſucceſſiue quia illa eſt indiuiſibilis tamen ſi cau-
ſe per inſtans ceſſarent non eſſet amplius intellectio terminatur etiam ad obiectum licet nō
accipiat eſſe per illam ſed preſupponitur illi & eſt cauſa partialis eius & propter hoc ope-
ratio equiuoce dicitur actio non tamen eſt de genere actionis illa enim eſt tranſiens que
eſt alterum extremum diuiſionis que non eſt generis in ſpecies ſed uocis in ſignificata ita
ꝙ eſt diuiſio equiuoci in equiuocata quia unum membrum eſt de genere actionis aliud
uero in genere qualitatis licet dicatur actio ob ſimiles conditiones alia uero eſt diuiſio
actionis generis in ſua uniuocata quia quedam eſt actio tranſiens quedam uero imma-
nens actio uero dicitur immanens quando productum per realem productionem uel actio-
nem in ipſo agente recipitur quia eſt ad terminum extra agens non receptum & ſic actio
per quam producitur qualitas abſoluta nature uiuentis eſt immanēs actio de genere actio-
nis quia eſt ad terminum extra agens non receptum: & fortaſſe ignis ſi intendit calorem
ſuum dicitur agere actione immanente de genere actionis quando uero aliquid agit ſic
ꝙ eius actio terminatur ad terminum receptum extra agens actio eius tranſiens dicitur de
genere actionis ſiue terminus ſit inductus per motum ſiue per mutationem & iſte diuiſio-
nes diferunt & primum membrum prime diuiſionis quod actio immanens dicebatur ſe-
cundum hanc diuiſionem non actio ſed terminus uocabitur actionis immanentis ſiue iſte
diuiſiones ſint ad mentem Ariſtotel. ſiue non prima tamen dubitatio eſt ſoluta propter
quid Ariſtotel. actionem uocauit immanentem ſecunda uero dubitatio fuit in queſtione
precedente ſoluta quia ut intellectio in intellectu recipitur nos denominamur intelligen-
tes ideo intelligere pati dixit Ariſtotelis & ſi deus infunderet intellectionem lapidis & in-
tellectus platonis reciperet plato diceretur lapidem intelligere ſed ubi ille cauſaret & alius
intellectus reciperet non diceretur intelligens ſicut albificans lapidem non propter hoc ta-
men dicitur Albus ad aliud ſeptimo phiſicorum dico ꝙ in illa operatione eſt annexa re-
latio ad obiectum quod eſt intrinſecus ideo immediate non eſt a primo alterante & forte
non eſt contrarium quod dicit Auerroys commēto duodecimo ꝙ dignus eſt eſſe in cap.
ad aliquid intellectio ſecundum rem eſt abſoluta quia tamen eſt ſibi annexa relatio impo-
ſitum fuit nomen quod principaliter uel conotatiue ſignificaret relationem licet poſſit im-
poni aliqua uox que ſignificaret abſolutum & ſignificatum illius poſſet intelligi non co-
intelligendo obiectum in ratione termini Auerroys ergo loquitur quantum ad illud
quod eſt formalius in ſignificato nominis impoſiti uel ambobus uel abſoluto ſub reſpe-
ctiuo ad rationes uero poteſt dici ꝙ obiecta manifeſtant tantum actus diſtinctos ſicut di-
ſtincti actus manifeſtant diſtinctas potentias non tamen ſunt eſſentialiter cauſe diſtinctio-
nis potentiarum uel dicamus actus diſtingui per obiecta tanquam per extrinſeca a quibus
tamen dependēt eſſentialiter & proprie non diſtinguntur tamen per illa tanꝗ̄ per princi-
pia diſtinctiua formalia quia ut ſic diſtinguntur per intrinſeca notandum tamen eſt unū
ꝙ quidam uiri magni in philoſophorū familia dicūt ꝙ intuitiua notitia nō difert ab ab-
ſtractiua per hoc ꝙ aliquid cognoſcatur ab una quod non ab alia immo preciſe idem tota-
liter & ſub eadē rōne cognoſcitur ab utraqꝫ ſed per hoc diferūt ꝙ per intuitiuam notitiam
ſtatim cognoſci poſſunt ueritates cōtingentes preſertim de preſenti & eius uirtute ſciri po-
teſt an res ſit uel nō ſit & ſi intuitiua notitia adeo cōſeruaret obiecto nō exiſtēte p illā poſ-
ſet cognoſci nō exiſtentia obiecti ita ꝙ intuitiua notitia poterit eſſe tā de obiecto exiſtēte
ꝗ̄ nō exiſtēte uirtute uero abſtractiue notitie nō pōt euidēter ſciri aliqua contīges ueritas
puta ꝙ obiectū ſit uel nō ſit exiſtēs & ſic uerū ē dicere ꝙ abſtractiua notitia abſtrahit ab exi-
ſtētia & nō exiſtētia qa p ipſam de re exiſtēte nō ſcit̄ ꝙ exiſtat de re uero nō exiſtēte nō ſcit̄
ꝙ nō exiſtat intuitiua ergo & abſtractiua ſe ipſis tn̄ & nō p obiecta deferūt ꝙ ītuitiua no-
titia poſſit eē de obiectū nō exiſtēte ſic pbāt & accipiūt rōnē ſcoti i.iii.d.xiiii.q.i. ubi ſcot⁹
ītēdit pbar̄ ꝙ nulla ſcīa ē p uia in itel. por uiſiōe qa illa ad uiſionē ul ſe hēret ī rōe eficiētis

Nota plura d̄ intuitiua notitia.

uel materialis ſi primo modo ergo poteſt fieri ſine ea quia quicquid poteſt deus facere cum
cauſa media poteſt ſine cauſa media ita arguit in propoſito aut exiſtentia in obiecto ſe ha/
bet in ratione efficientis uel materialis ſi primo modo ut dicit Scotus ſaltim partialiter er
go poteſt fieri ſine ea quia ſecundum eum quicquid poteſt deus facere cũ cauſa media põt
facere ſin e cauſa media ſed iſta opinio eſt falſa primo quia ſi intuitiua notitia poteſt eſſe nõ
exiſtentis erit quiditatis abſolute conſiderate nullo enim alio modo poteſt eſſe notitia de
aliquo obiecto ſed quiditas in quantum quiditas abſtrahit ab hic & nunc ab exiſtere
& non exiſtere quia & equitas eſt tantum equinitas, ergo per illam non magis co-
gniſcitur exiſtere q̃ non exiſtere preterea ſe deferunt quia per intuitiuam notitiam po-
teſt cognoſci ueritas contingens de obiecto non ſic per abſtractiuam ergo per obie/
cta diferunt cuius dixit oppoſitum preterea quando eſt aliqua cauſa neceſſario produ-
cens aliquem effectum cui eſt annexa aliqua conditio neceſſario dependens ab una condi-
tione in cauſa ſicut impoſſibile eſt effectum eſſe ſine cauſa ita impoſſibile eſt eſſe conditio-
nem effectus ſine conditione in cauſa a qua neceſſario dependet ab obiecto hoc uero ꝙ ſit
intuitiua hꝫ ab exiſtentia obiecti ergo ſicut notitia non põt eſſe ſine obiecto ita neq; noti-
tia intuitiua ſine obiecto exiſtente eſſe poterit neq; ratio ſua eſt locus demoſtratiuus ut ipſe
reputauit nã Scotus in pluribus locis fatetur ꝙ multoties theologus difert a philoſopho
nedum in concluſionibus uerum etiam in principiis & redarguit conuenientes in princi
piis & non conuenientes in concluſionibus que neceſſario ſequuntur ex illis immo hoc
eſt hominis non potentis diſcurrere Scotus ergo ut theologus tenet deum eſſe omnipotẽ-
tem .ſ. ꝙ poſſit imediate quicquid poteſt cum cauſa media ſed iſta propoſitio eſt mere cre-
dita ut ipſe dicit in quol. q. vii. & in primo. ſ. d. xlii. q. unica ubi igitur arguens in mate/
ria theologica contra theologum illam propoſitionem preſupponit loquens uero ut phi-
loſophus de intuitiua notitia ad eam deuenit opinionem in quol. q. xiii. quam ſuppra re
citamus poſſumus etiam dicere ꝙ licet poſſit ſine cauſa media non tamen poteſt ſine om-
nis effectus medio quia non poteſt ſuplere uicem extremorum etiam ſecundum theolo-
gos ut ipſe tenet in quol. q. vii. non enim poteſt facere relationem ſine fundamento & ter-
mino & quia obiectum exiſtens non ſolum partialiter cauſat ſed eſt etiam terminus ad
quod terminatur relatio realis neceſſario annexa intuitiue notitie ideo intuitiua forte cõ
ſeruari non poſſet ſine exiſtentia obiecti poteſt dici etiam non recedendo a fundamentis d.
ſubtilis & primo ſciendum ꝙ eſſentia rei ſecundum ſuam entitatem realem & actualem
eſt prior exiſtẽtia reali actuali ita ꝙ eſſentia eſt uera res habens uerum eſſe reale ut diſtingui-
tur contra eius eſſe obiectiuũ ita ꝙ lapis ſecundum entitatem quiditatiuam actualem, &
extra intellectum non dicitur uera res preciſe ratione eius exiſtentie immo ſi per impoſſibi
le talis exiſtentia non eſſet eſſet ad huc uera res realis & ſimpliciter dico etiam ꝙ ſicut eſſen
tia poteſt conſiderare ſecundum eſſe potentiale & ſecundum eſſe actuale ita quoq; exiſten
tia poteſt conſiderari ſecundum eſſe actuale & ſecundũ eſſe potentiale & dico ꝙ ipſa eſſen
tia ut habens uerum eſſe reale & actuale etiam ut prior exiſtentia eſt perfecta ratio ut moue
at intellectum ad intuitiuam notitiam ſui & ſimiliter eſt ratio perfecta terminandi etiam
ſi per impoſſibile eſſet ab omni exiſtentia ſeparata & nota ꝙ eadem quiditas ut ſic prior exi
ſtentia poteſt eſſe ratio mouendi ad intuitiuam notitiam & ad abſtractiuam aliter tamen
& aliter nam ſi erit ſimpliciter preſens propria preſentialitate erit ratio mouendi ad intuiti
uam notitiam & ſic illa intuitiua notitia eſſet entis habentis uerum eſſe reale actuale ubi
per impoſſibile exiſtentia non exiſteret ſi uero erit preſens in aliquo repreſentatiuo ut in
in ſpecie intelligibili tunc de ea habebitur abſtractiua notitia & ei ſufficit ꝙ obiectum ha-
beat eſſe potentiale ſimiliter exiſtentia ſi fuerit preſens ſimpliciter & propria preſentiali/
tate de illa habetur intuitiua notitia ſi uero erit preſens in aliquo repreſentatiuo erit ra/
tio mouendi perfecta ſimiliter terminandi abſtractiuam notitiam ſicut eſſentia preſens in
ſe cauſat intuitiuam in alio uero preſens cauſat abſtractiuam & terminat Aduerten/
dum tamen quia exiſtentia eſt Modus intrinſecus eſſentie, Q uiditas non poteſt eſſe

intellectui in ſe preſens ſecundum eſſe actuale quin neceſſario ſit preſens ſecundum eſſe exiſtentie nō ꝙ exiſtentia ſit rō mouēdi uel terminandi intuitiuam notitiā ſed eſt modus intriſecus obiecti nō tñ neceſſaria cōditio obiecti mouēdi.ſ.uel terminādi qa ſi ꝑ impoſſibile ixiſtentia non eſſet ad huc de quidate poſſet haberi intuitiua notitia ,qñ ergo de mente ſcoti dicimus ꝙ intuitiua notitia ſit obiecti exiſtentis ut exiſtens eſt non ſic intelligi uolumus ꝙ ipſa exiſtentia ſit ratio formalis mouendi uel terminande ſed ꝙ ſit modus intrinſecus eius ita ꝙ impoſſibile eſt ꝙ quiditas ſit preſens ſecundum eſſe reale actuale quin ſit preſens ſecundum eſſe reale actuale exiſtentie:unum tamen eſt aduertendum ꝙ quiditas illa que eſt ratio mouendi ad intuitiuam notitiam non ſolum mouet ad notitiam ſui ſed etiam exiſtentie quam continet ut eius modum intrinſecum illa tamen notitia intuitiua exiſtentie immediate terminatur ad exiſtentiam licet quiditas que fuit ratio mouendi ſit etiam ratio terminandi notitiam quantum.ſ.ad eius dependentiam cauſati.ſ. ad cauſam hec patet ꝙ licet neq; actualis quiditas relationē motiui habeāt ad intuitiuam notititiam de illis tamen poteſt haberi intuitiua notitia quia uirtualiter continens mouet ad illam & quantum ad actuale quiditatiuum & eſſe actuale exiſtentie ut habet aliqualiter uideri in primo ſententia diſtinctiōe tertia queſtione tertia ,ſed cōtra id quod dictū eſt ꝙ eiuſdē obiecti poteſt haberi illa duplex notitia arguitur quia exiſtentia non dicit unitatem ſpecificam ſed naturam ſpecificam tantum concōmitatur & quia actus habet unitatem ab obiecto ergo eam unitatem recipit qua ipſum obiectum eſt unum ſed obiectum non eſt unū unitate ſpecifica ergo neq; actus intelligendi erit unitate ſpecifica unus & ille due notitie non erunt ſpecie diſtincte preterea idem inquantum idem ſemper eſt notum facere idem ergo idem obiectum ſub eadem ratione formali ſemper faceret eandem notitiam preterea queratur de ratione formali mouendi ad abſtractiuam notitiam exiſtentium uel erit ſpecies intelligibilis eius & hoc non quia modus intrinſecus non habet propriam ſpetiē aliā a ſpetie illius cuius eſt modus intrinſecus neq; uidetur poſſe eſſe ſpecies intelligibilis eſſentie ſiue rei eſſentialis & quiditatiue quia eius ſpecies preciſe repreſentat eius quiditatem & non eius exiſtentiam cum exiſtentia non ſit idem formaliter eſſentie ergo uidetur impoſſibile de eodem obiecto illas duas haberi notitias: reſpondeo ad rationes iſtas & dico ad primam ꝙ ille due notitie ſe ipſis ſunt ſpetie diſtincte a quocunq; cauſentur neq; alio modo ſunt nate cauſari niſi ſpetie diſtincte licet ergo exiſtētia non ſit proprie ſpeties,cum hoc tamen illi actus ſunt ſpetie diſtincti diuerſitas enim in effectu arguit diuerſitatem in cauſa ſed non qualis diuerſitas in effectu talis eſt diuerſitas in cauſa ad aliam dico ꝙ illa & ſpecies intelligibilis exiſtentie que tamen eſt cauſata ab aliquo uirtualiter continente at tunc non ſequitur ꝙ exiſtentia habeat propriam formalitatem quia ſpecies illa non cauſatur ab exiſtentia uel poteſt dici ꝙ illa notitia cauſatur a ſpetie intelligibili continentis uirtualiter propriam exiſtentiam & ſic non erit idem inquantum idem agens in utraq; notitia nā agens ad intuitiuam eſt in ſe preſens ratio uero mouendi eſt ratio quiditatiua actualis obiecti in abſtractiua agens eſt ſpēs intelligibilis rō uero mouēdi eſt entitas quiditatiua ſpecici uariantur ergo & agentia & rationes agendi:ſed contra dubitatur quia ſecundum ſcotum in primo ſententiarum diſtinctiōe prima queſtiōe quarta diuerſa approximatio obiecti non uariat rationem formalem actus licet poſſit uariari magis & minus intenſum cum ergo obiectum in intuitiua notitia intelligatur magis approximatum quia in ſe preſens in abſtractiua uero minus quia preſens in alio notitia non uariabitur penes rationem formalem ſed penes intenſionem & remiſſionem & penes eſſe magis perfectum & minus perfectum ſed replica iſta non procedit nam hic ponitur aliud & aliud agēs & alia ratio mouendi hic alia ratio mouendi ibi concedo igitur ꝙ idem in ſe preſens magis & minus approximatū facit intuitiuā notitiā magis ꝑfectā & minus ꝑfectā:& quia nō pōt idē obiectū eſſe preſens in ſe & nō in ſe in alio & nō in alio ideo aliquibus uiſum eſt ꝙ de eodem obiecto ſimul non poſſit haberi illa duplex notitia aliquibus uero uiſum eſt oppoſitū & utraq; pars eſt probabilis & magnos habet aucturens.

¶ Vtrum unum & ens dicant eandem naturam.

Era opinio ut mihi uidetur eſt ꝙ unũ poteſt capi dupliciter uno mo-
do ut cõuertitur cũ ente & de quocũꝗ dicit̃ ens dicitur iſto mõ unũ
alio modo ſumitur ut ipſum & multa diuidũt ens primo modo in-
telligendo ponuntur concluſiones prima ꝙ unũ & ens dicũt eãdem
naturam conuertibiliter, ſecũda cõcluſio ꝙ non dicũt eãdẽ naturam
quiditatiue tertia cõcluſio ꝙ non diſtinguũtur realiter licet formali-
ter diſtinguantur prima concluſio patet quia de quocũꝗ dicitur unũ
dicitur & reliquũ ſecunda uero patet quia dicendo ens unũ cõmitte-
retur nugatio tertia uero probatur quia que eadẽ generatione generantur & eadẽ corrup-
op. ſeſe tione corrũpuntur ſunt idẽ realiter; ſed primũ quod hic inſpicere oportet an unũ qd cũ
ꝓbilis. ente couertitur ſit oppoſitũ multitudini; Seſſa probabiliter tenet ꝙ unũ quod cũ ente con-
uertitur eſt idẽ quod multitudini opponitur ubi oportet ſcire ſm eum ꝙ aliqua poſſunt
